



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. IV. De Congregatione ad eligendum Vicarium.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

e C. 7. D. 10. Præpositus Generalis, & in ea duo habet
& Form. §. 8. suffragia. e

C A P U T I V.

De Congregatione ad eligendum Vicarium.

Quando con-
vocanda.

I.  Ripliciter potest contingere, ut hæc Congregatio cogenda sit. 1. Post Generalis mortem, si nullus per eum fuerit nomi-

natus Vicarius. a 2. Si Vicarius in prædi-
cto casu electus decedat. b 3. Si ægritudo
in rebus magni momenti Generalem ab
officio suo avocet, spe emendationis ea in
parte sublata; nec ipse sibi Vicarium sub-
stituere, aut possit, aut velit. c

Quo Preside.

2. Jus convocandi hanc Congregatio-
nem, eidemque præsidendi est penes Pro-
vincialem. At eo absente, Præpositus Do-
mus Professæ, & Romæ Vice-Præposi-
tus, modò sit quatuor Votorum Profes-
sus, eodem jure gaudebunt. Quod si nulli
tales adsint, antiquissimus Professorum ex
præsentibus id præstat. d

d P. 8. c. 4. A.
& Form. §. 2.

Et loco.

3. Congregatio autem, quæ post mor-
tem Generalis cogitur, Romæ celebranda
est, quocunque tandem loco, intra Ro-
ma-

manam Provinciam, ille objerit. At si extra Provinciam Romanam decessit, locus funeris erit etiam Congregationis. e

e C. 12. D. 54.
& Form. §. 3.

4. Convenient ad hanc electionem faciendam Professi quatuor Votorum ex iis, qui apud Generalem fuerint (hoc est in eadem Urbe, & vicinis locis, juxta explicationem tamen Con. 12. Decr. 54.)

Qui congregandi.

non plures quadraginta, nec pauciores septem, juxta Professionis antiquitatem, exceptis Assistentibus; qui, si præsentes fuerint, etiam eâ seclusâ, sunt admittendi. f

f P. 8. c. 4. §. 1.
& A. & Form. §. 1 & C. 9. D. 34. & C. 12. D. 54.

5. Electio fieri debet ad plura medietate suffragia, & ex Professis quatuor Votorum, qui adesse Præposito, & ipsum jurare soliti sunt; vel cerrè ex iis, qui proximè degunt, & sunt in rebus Societatis versati. g

Electiois forma.

g P. 8. c. 4. §. 1.
& c. 3. A. & C. 1. D. 42. & C. 3. D. 21.

LAUS DEO, B. V. S. I.



EXPLICATIO